

A Grande decus, ridere bonos, consetur in aula.
 Horrent vera loqui, cupiunt qui crescere in aula.
 Invidiam qui ferre nequit, discedat ab aula.
 Kyrie, qui senere, canant Eleison in aula.
 Langue virtutes, regnat scelus omne per aulam.
 Numeribus mentes hominum capiuntur in aula.
 Nugas Aura leves, & fumos vendit inanes.
 Ota quisquis honesta cupit, & sua T ante la pena est.
 Quæstus adulari & mentiri primus in aula.
 Rara avis in toto vere pius Aulicus orbe.
 Sinceris, & simplicibus, va semper in aula.
 Turpe senex & inopi, quando incolit aulicus aulam.
 Vita difficilis methodus bene dicitur aula.
 Xanthè retroibis, erit quando constantia in aula.
 Zenones fati sunt atque Trajones in aula.
 Aulicæ vitæ & morum instructionem hanc tradit Ma-
 jolus in colloquio de Aula & Aula.
 Instrue me, Domine qui sum commodus aula,
 Et placeant mores Areolane mei.
B Illam quandoquidem callere carissimam artem
 Diceris, infanti doctus ab ungue puer.
 Excute sinceram recto de pectore mentem.
 Ingenuumque tuo prodeat ore nihil.
 Indue serviles animos sibi que favore,
 Vel minimis famulis, qua potes arte, plate.
 Blandus adulator, levis assentator haberi,
 Ne pudeat, nullus sit pietatis amor.
 Nullis flagitiis, nulloque offendere fastu.
 Indignissima sex, quaque nefanda probat.
 Dissimula, simula, servi bene, sed male fide,
 Denique nulla bonus vir tibi donaspete.
 Hen, quid ais: cupit hoc sapiens ita vivere patto,
 Cui vel nuda domi redere crusta luet.

**AULICORUM VITA INQUIETA
 DIFFICILIS, LABORIOSA, FUCATA.**

• APOPTHEGATA.

C De vita Aulica ex Menandri versibus, tale elogium eruitur.
 Hæc vita gaudet improbis potissimum:
 Sed assentator omnium primas enet.
 Deinde scyphorum et proximus est honor:
 Audire enim calumnias dulce admodum.
 At tertius conceditur locus livido.
 Artes nocendi qui scit assensivissime.
 Diogenes: Calisthenem quum quispiam, audiente Dio-
 gene Cynico, beatum dixisset, quod Alexandri aulicus esset:
 At, inquit Diogenes, infelix est, qui tum prandet, ac cenat
 cum Alexandro videtur. *Bruf. lib. 1. cap. 5.*
 Dionysius, quum Polyxenus Dialecticus Dionysio dice-
 ret; Ego te convinco: nimium verbis, inquit: At ego te re
 ipsa convinco, qui tuis relictis, me meaque colas. Signifi-
 cans, illum à schola ad aulam, à philosophis ad tyrannum
 transisse: non facturum, nisi hanc vitam judicasset beatiorum.
*Plut. in Apph. Idem colacem dicitur habuisse, qui spurum
 illius lingebat. Tales passim in aulis.*
 Omulius iudicabat ad regni administrationem potius ad-
 mittendum eum, qui per se malus bonus haberet aulicos
 Damicos, quam bonum principem multos aulicos habentem
 Putans facilius unum malum à multis bonis, quam malos
 innumeros ab unico bono, à malitia ac erroribus pernicio-
 sis averti posse. *Fulg. 7. cap. 2.*
 Agrippa rerum gestarum gloria sub Octavio Augusto im-
 primis clarus, sæpe cohortabatur eos, si salvi & incolumes
 esse vellent, darent operam, ut principes liberarentur om-
 nium rerum difficultate & molestia: sed tamen eis rerum
 gloriam reservarent, nequaquam sibi. *Xiphilinus, Dionis ab-
 breviator in Augusto.*
 Constantinus Romanorum Imperator, cum Principum
 aulas ubique spadonum atque aulicorum improbitate re-
 fertes videret, eorum non tantum vehementer domitor fuit,
 sed tinea etiam atque forices palatii appellare solitus est.
Nicoph. interpres & scholiastes lib. 8. c. 14. Eccl. hist.
 Alexander Severus negabat se passurum, ut ipsius disposi-
 tiones ab aulicis venderentur: id quod fieri solet ab aliorum
 principum libertis & eunuchis. Eoque nunquam illum fe-
 llic, quod proposuerat. *Helius Lampridius in Hel. Severo.*

Idem urbem, provincias, & aulam suam purgavit boi-
 minibus non necessariis, dicens: Malum pupillum esse Im-
 peratorem, qui ex vicibus provincialium homines non
 necessarios, nec Republicæ utiles aleret. *ibid.*
 Carneades dicebat, nullam artem rectè disci à Regibus,
 præter artem equitandi: eò quod solus equus adulari nesciat,
 at excutiat ineptum fessorem. Infirmans, assentationem in
 aulis obtinere. *Georg. Rich. in Polir. c. 161.*
 Aulicus quidam injuriarum Palatinarum patientissimus,
 cum à quodam rogaretur, quomodo rarissimam rem in aula
 consecutus esset senectutem: Injuriarum, inquit, accipiendo,
 & gratias agendo. *Bruf. lib. 1. c. 5.*
 Sigismundus Imp. Reges ac principes in terris beatos esse
 ajebat, si exclusis superbis, mansuetudinis humanitatisque
 cultores in curiam adficerent. *Aeneas Sylv. lib. 2. comment.
 de rebus gestis Alphonfi.*
 Sylvester Episcop. aulicos, qui otii gratia curiam seque-
 rentur, semper in negotio futuros ajebat, nisi fe tandem vel
 cum periculo capitis inde amoverent. Innuat autem, quam
 difficulter ab aula divelli possint, qui nihil aliud quam otium
 & luxum sectantur. *En. Sylv. lib. eodem.*
 Alphonfus Rex, quum ex Sicilia navigaret, vidit aves tri-
 remem circumvolantes, & bolos à navigantibus projectos
 statim abripientes, ac volantes. Has cum amicis fecit navi-
 gantibus digito ostendisse. Per similes sunt his garris, in-
 quit, aulici aliquot mei, qui simulac concertantes benefi-
 cium à me accipiunt, statim aufugiunt. Notavit autem auli-
 corum ferè omnium mores, qui fidos servos principibus
 præstant, dum prædam, luxum, munera, &c. hiantes
 expectant: & voti compotes facti, à principum conspectu
 ad privatos fugiunt. *Panormitanus lib. 1. de rebus ab Alphon-
 fo gestis.*
 Aeneas Sylvius eos sibi aulicos plurimum sapere videri di-
 cere solebat, qui accepto aliquo beneficio, vel mediocri,
 curiæ valedicerent. Ostendunt enim animum suum exple-
 tum esse, & periculo se subtrahunt, in quod cutiales fre-
 quenter incidunt: qui veluti fies, ubi saginati sunt, in cen-
 nam domini mactantur. Cæterum, qui opes adepti magnas
 apud reges perseverant, non quidem id agunt, ut gratias
 referant, sed ut multo ditiores principum liberalitate ac mun-
 ificentia reddantur. *Aeneas Sylvius lib. 1. comment. de re-
 bus gestis Alphonfi.*
 Jactatur persona Principum ille vericulus:
 Non mihi sit servus Medicus, Propheta, Sacerdos.
 Quo infamatur, ingratos in Aulis Principum, qui moment-
 cavenda in regimine victus, aut futuros eventus prædicant
 non sequentibus recta consilia, vel denique jubent respici-
 scere, & ad Deum per penitentiam aut religionis opera se
 convertere: quomodo evenit Propheta apud Regem *Asi-
 lib. 3. Regum.*
 Unicam autem gratiam in Principum aulis dormire, suo
 dicto confirmavit Fredericus Khon Germanus: videbat assi-
 duitatem & diligentiam cuiusdam Cancellarii Imperatoris
 Majestatis, & libridens, Quis, inquit, domine Cancellarie,
 tam strenuus & assiduus es rebus aulicis componendis?
 Eadem est gratia cæcanti in medium conclave, & everren-
 ti: notans lentas aularum gratias: quòdque verus sit hic ritus-
 mus.
Kyrie, qui senere, canant dionon in aula. Gregor. Richt-
 erus.
 Ita etiam Seneca: Aularum levia sunt beneficia, præcipi-
 tes injuriæ.
 Hinc bene & doctè Thomas Morus Cancell. Angl. cum
 Episc. Roffensis ei statum & ordinem in aula gratularus esset:
 In aulam, ait, invitis veni: & in eadem non minus malè
 hæreo, quam quicumque equitandi insolens hæret in sella.
 Meminerat, ut erat lectioris magnæ, illius Luciani.
 — *Excet aula,*
 Qui volet esse pius. Virtus & summa potestas
 Non coeunt.
 Th. Staplet. in vita, cap. 7. Beyerlinck in Apophtheg. Chri-
 stianis. Milerum est, quod fratres quidam Aglicani scriptum
 reliquerunt:
 Vitam, animam, sumptus, operamque impendimus aulis
 Premia pro meritis que retribuit a paras?
 Aula deat nobis scripta nota a pappo,
 Et sine mente sonas, & sine corde manus.

AULICORUM VARIÏ CASUS.
 Macrinus sub Commodò fuit vitæ fortidæ, & prostitui-
 lum

Alum appellatus, gladiator, venator, tabellioque. Sub Seve-
 ro remotus ab officiis etiam miseris, & relegatus in Aphri-
 cam: ubi lectioris operam dedit, & declamavit, ut infamiam
 damnationis tegeter. Sub Antonio verò advocatus sicuti fa-
 ctus, patrocinante sibi Fesfo liberto, inde præfectus præ-
 torii, ablegatus collega, Antonium Caracallam Imperato-
 rem suum dolo interimi curavit, & sic imperium invavit.
Cyprian.
 Ablabius humili genere ortus, ad dignitatem prætorio
 præfecti sub Constantino Magno evectus, tanquam pila
 quædam & ludus fortunæ, plus Imperatore posse visus est.
 At mortuo Constantino, Cæsar Constantius imperium ade-
 ptus, ac sortem cuique fratrum suam partitus, obtinuit quic-
 quid ab Illyrico ad Nisibim usque extenditur: mox Ablabium
 imperio exiit, alioque administratores surrogavit. Ille
 apud extructam sibi olim in Bithynia villam, locum regali
 otio & cessu dicitur, substitit, cunctis admirantibus,
 quod imperare nollet. Paulo post percussoribus non paucos
 submisit, iussis primis literas reddere, qui in genua pro-
 cumbens (qui mos apud Romanos inolevit in salutando Im-
 peratore) honorarias illi in manum dederat literas. Ille ma-
 gno fastu receptis tabulis, metu solutus omni, purpuram ad-
 venas poposcit. At illi nihil se amplius in mandatis habere
 profecti, pro foribus stare, quibus tradenda purpura: cura
 incumberet, dixerunt: quos ille insolentem atque elato animo
 consensit accessit iussit. At hi injecta manu virum adorti,
 pro stola purpurea necem illi purpuream obtulerunt, fru-
 stratim disiecto, in modum pedicis, qua publico in epulo
 conciditur. *Eunap. in Eusebio.*
 Theodosius Magnus Rufinum multis honoribus exulit
 in primis verò cum Arcadio Augusto filio insequentem
 annum consulens declaravit, licet Promoti magistri militiæ
 clariss. nece vulgo infamem: quem iussit Theodosii in Thra-
 ciam contendente, per barbaros quosdam in insidiis con-
 stitutos dicebat interficere. Qua impunitate elatus, postea
 consulari, Taziano præfecto prætorii, & Proculo præfecto
 urbis judicium intulit, atque illi prædicturam, huic vitam
 iudicium sententias abstulit. *Sigon. lib. 6. Imp. Occid.*
 Eutropius eunuchus, Arcadii Imp. cubiculari præpositus, &
 consilii designatus, potentia extraordinaria nixus, homo pa-
 ganus, duo gravissima flagitia perpetravit. Primum, quòd
 in contumeliam Ecclesiæ edictum ab Arcadio extorsit, ut si
 quis ad Ecclesiam confugeret, ab altari abreptus pœnas gra-
 viores perolveret: quæ lex à Joanne Chrysolomo Constian-
 tinopolitano Episcopo, ingenti animi magnitudine impro-
 bata est. Deinde, quòd in Eudoxiam Augustam sese con-
 tumeliosus gessit. Itaque cum properet ad pœnam ab Ar-
 cadio quaeretur, impunitatis causa ad templum se contulit,
 & contra legem à se promulgatam aram supplex ample-
 xus est. Quam rem ubi Joannes vidit, consensu ambone,
 orate instituit, neque tantum facinus inultum patiendum
 esse, disserta admodum oratione contendit. Itaque Eutro-
 pius honore consulari spoliatus est, nomine ejus ex Fa-
 stis exempto, statuae & simulacra ejus omnia abolita, &
 in Cyprium deportatus: mox graviorum quoque criminum
 reus compertus, capite pœnas dedit. *Sigonius lib. 10.
 Imp. Occid.*
 Petrus Vinea Campanus, obscuro natus loco, sed doctri-
 na atque eloquentia, quantum ætas illa tulit, insignis, Federi-
 ci II. Imp. arcanorum omnium princeps ac moderator.
D Cæterum per invidiam, quæ in aula & oritur, & nutrimen-
 ta habet, atque virtutis perpetua est infestatrix, in suspicio-
 nem adductus, tanquam cum Pontifice Alexandro III. sen-
 turet (quo cum Fredericus bellum gerebat) luminibus est
 privatus. Cujus rei impatientis, atque ob id in furorem con-
 verius, ad Sanctum Miniatum, quod Etruriæ oppidum est,
 sibi ipsi mortem conscivit. *Fulg. lib. 6. c. 11.*
 Engerranus Marinus, aulicorum intimus apud Philippum
 Pulchrum Francorum regem, maximas sibi opes gratia &
 obsequio comparaverat, opibus auctoritatem tantam, ut
 ejus nutus non ceteri modo, sed & rex ipse in bellis susci-
 piendis & sciendicis videretur observare. Mortuo Phil-
 ippo, sub Ludovico Hutino peculatus reus actus, & Caroli
 Valenti Comitiss, regis patrii, insidias circumventus, in
 cruce actus est. *Aemil. lib. 3. & Fulg. lib. 6. c. 11.* qui Enguerram
 Marignanum vocat.
 Jacobus Cor Bituricensis, qui apud Carolum VII. Gallo-
 rum regem summa queque ob fidem & potentiam poterat,
 tandem criminis suspitione, quasi Agnetem Formosam re-
 gis concubinam veneno è medio sululisset, indicta causa

condemnatus, in exilium abijt. *Claudius Sesselinus in hist. E-
 Ludovici XI.*
 Alvarus de Luna, Aragonensis (putius, cum Joanni regi
 Aragoniæ adeò se infuisset, ut unus omnium regni regil-
 que potens videretur, Joannemque Navarræ regem & Hen-
 ricum magistrum militiæ sancti Jacobi, regnum gubernare
 conatos, armis deturbasset, postea tamen adveniente regi-
 na, è curia pulsus, aliquandiu privatus vixit. Dum autem
 pristinam dignitatem recuperare conatur, Regi clam sua-
 det, uti per speciem veneracionis in saltus propinquos egre-
 diatur, se illum potenti manu erepturum. Rex cum paucis
 egressus, parum custoditus nam Alvari jam penè nomen ex-
 tinctum erat) ad insidiarum locum pervenit. Hic Alvarus
 inter lectos exultans milites, liberum regem salvere dixit;
 eumque secum abduxit. Qua re vulgata, confestim mira in-
 clinatio regni facta est, & iterum ad Alvarum regni guber-
 natio devoluta. Nec diu post cum Joanne atque Henrico,
 atroci prælio commisso, victoria penes Alvarum fuit. Hen-
 ricus ex vulnere manus, quod in ea pugna receperat, mor-
 tem objit. Magistratum ejus Alvarus obtinuit, & aliquan-
 diu post Regis patitur & regni moderatur est habitus. **F**
 extremum cum nobilem quandam justa Regis parum sibi
 grata nunciante è senectus præcipitasset, captus & securi
 percussus est. *Aeneas Sylv. lib. 47. Europe. & Fulg. lib. 6.
 c. 11. & Sab. lib. 7. c. 8.*
 Jagello natu maximus Olgerdi Lituaniz ducis, paterno
 principatu potitus est. Erat apud eum gratiosus in primis
 Violdio quispiam, rusticana & obscuro sortis homo, calli-
 dus & impiger qui cum primùm in pristino apud Olgerdum
 se exercuisset, & industriam suam probasset principi, cu-
 bicularius, ac deinde pocillator factus est, fuitque in intimi-
 cum Olgerdi, quoad i vixit, Jagello insuper foretorem suam
 in matrimonium ei collocavit. Quæ res non leviter Keistu-
 tum patrum ejus offendit, Violdio ab eo sibi metuens, cri-
 minari Keistutum apud Jagellonem instituit: eoque concen-
 silius suis juvenem per Jagellonem, ut is clam sedes cum Cruciferis
 Prussienibus advenit patrum iniret. Keistutus Vilnam
 cum summo principatu Jagelloni adem, Violdionem in
 cruce egit. Tandem Jagello Keistutum & Vitoudum filium
 ejus per speciem colloquio evocatos cepit: Keistutum
 in carcere necavit: Vitoudus verò Vilnæ in custodia diutius **G**
 aservatus, uxoris dolo liberatus est. Nam ea cum liberam
 haberet committendi ad virum potestatem, nocte quadam
 commutato cum una de duabus pedisequibus habita, veste
 muliebri indutum eduxit. Emilius in Maloviam ad Joan-
 nem ducem affinem suum, atque inde in Prussiam ad Cru-
 ciferos confugit. Jagello, dominatu pacato potitus, He-
 duigim Ludovici Ungariæ regis uxorem duxit, Baptisma
 regnum Poloniæ, & Uladislai nomen suscepit. *Cromerus
 lib. 14.*
 Cichus Symoneta, honestis natalibus ortus, in Calabria,
 Francisci Stortiz Mediolanensis ducis, & post eum Galeacii
 filii consiliatorum in moderando imperio particeps, ob fidem
 egregiam, & opibus & honoribus plurimum auctus, quem
 locum apud Stortianos principes patrem ac filium habue-
 rat, incolentem etiam apud filii conjugem, illi que filium
 tuebatur: eumque diutius obtinuisse, nisi fortuna invidis-
 set. Eum enim, cum scopolium, inter Galeacii fratres ac con-
 jugem objecit: & quia Cichus, ut vidua ducis ac pupilli fa-
 luti consuleret, Galeacii tres fratres, cum Roberto Sanse-
 verino, quorum magnitudo animalique jam formidolosus **H**
 esse cœperat, in exilium egerat: Ludovicus ac Robertus,
 armis in patriam reversi, cum res suas cum Galeacii conju-
 ge composuissent, in Cichum, femina duce permittere,
 sevirunt, directa domo, populatis possessionibus, filii per
 orbem tetraurum sparsis: ipsum demum post gravia tormenta,
 senio jam confectum, neque de dominis quos habuerat,
 neque de populis aliqua in parte malè merentem, in Tici-
 nensibus arce secuti perculserunt. *Fulg. lib. 6. c. 11. & Sabell.
 lib. 7. cap. 8.*
 Otho Crondorfet obscuro loco natus, apud Rudolphum
 palatinum Rheni eò dignitatis & gratiæ pervenerat, ut ad vi-
 cariam operam maximum secundum principem honorem
 eveheretur. Qua auctoritate fretus, petulantius apud fi-
 lium de matre locutus, discordiam inter eos excitare cœpit.
 Hanc ob causam utrumque in sepulchrum habens, oculos & lin-
 guam procacem amisit. *Aventin. lib. 2. Annal. Bojorum.*

AULA FUGA.

Horat. lib. 2. Carm. Od. 10. Auream quisquis mediocritatem Diligit, tutus caret obsolei...

Quidam anicum suum ab Aula strepitu hoc versu dehortabatur: Curia dat Curas, ergo si vivere curas...

Plutarchus in vita Solonis dicebat, ad aulas accedendum tanquam ad ignem: neque propius, ne uraris: neque remotis, ne affligaris...

Aula suis rapidis imitatur moribus ignes: Errat, ad hanc facilem qui putat esse viam. Vreeris, propius dum paulo accesseris...

De re aulica scripsit duos libros August. Nihil de patientia aulica, Calvus Calpurnius. Aulicorum officia, Brysonius...

Auriga.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Auriga dicitur agitator sive rector currum. Hic Graecis ita dicitur ab aureis equorum, id est, loris sive habenis...

Auriga castrenses, militares.

Baton Amphiarai gentilis de Melampodidarum genere, cum in praелиs Amphiarao aurigae operam navaret, rejectis a Thebarum muris Argivis...

Pelopis auriga Sphaerus Thraezenius fuit, cui statua in Olympii Jovis templo posita est. Alii Ciliam appellant. Pausanias lib. 5. Sphaerus in insula Sphaeria sepulchrum suum habet...

Amphitus & Telchus, Castoris & Pollucis aurigae fuerunt. Plin. lib. 6. Amianus: Ubi (inquit) inter civitates alias Phasis est, nomine fluvii dicitur...

Automedon Achillis auriga. Virgil. lib. 12. En. Vna ingens Periphas, & equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Ovid. lib. 3. de Tristibus: Numquid Achilleos inter fera praelia, fidi Deservit levitas Automedonti equos?

Menon auriga Idem, Mnesteus Diomedis, Mydon Pylemonis ducis Paphlagonum. Torrellius. Cygnus Melampodis, Durius Pelori, Atlas Camphasi,

Iberus Panchatis equorum auriga. Syllius lib. 16. Jolau E Herculis.

Arceptolemo, Hectoris aurigae, mortuo successit. Castrum ejus frater.

Apud Pheneatas Arcades est Myrtili sepulchrum, quem Graeci Mercurii filium fuisse tradiderunt, Oenomaus aurigam. Quoties vero quis de prociis filiis in certamine descendisset, curus ea arte regere solitum, ut Oenomaus victores affectus hasta eos emissa transgeret...

Alitur Memnonis auriga, à cuius nomine Astures populi Gallaeis proximi sunt. Idem auriga Priami, Virg. Aeneid. Metiscus Turni, lib. 12.

Aurigam Turni media inter lora Metiscum Excitit. — Aulonius. Ne celeser mulas iste Metiscus agas. Patramphis, Xerxis auriga. Herodotus. Signum montis Caucasi accolae pufillos quidem & hispidos equos habent, qui equitem ferre nequeunt...

Auriga Theatrales. Hic mutationis loci, qui curru sit, habetur ratio, quia mechanica est. Sin robur corporis spectes & peritiam agendi equos, ad Corporis bonas: sive exercitum aurigandi iudicium, ad Urbanitatis locum referri poterunt.

Anniceris Cyrenensis, ob artem equitandi, & currum regendorum peritiam, superbum animum gerebat. Voluit igitur quodam tempore speciem artis suae Platoni exhibere, & juncto curru in Academia multos curtus circumequitavit...

Quidem latum discederet ab orbitis, sed semper in eodem spacio permaneret. Caeteri igitur omnes mirantes obstupuerunt. At Plato nimiam ejus industriam reprehendit, inquit: Fieri non posse, ut qui rebus tam nullius pretii operam navaret adeo diligentem, posset magnis & praclaris negotiis vacare...

Eumenes Cardianus, inter Alexandri Magni successores annumeratus, virtute atque prudentia nullo eorum inferior, adeo inope abjectoque Patre in Peloponneso natus est, ut se familiarique vecluris, quas curru praestabat, aleret. Aliam lib. 12. patrem Eumenis Tymbaulon fuisse asserit.

Eutyclus liberus & auriga Agrippae: cum aliquando Agrippam audiret precantem Tyberio Imper. ut quamprimum principatus locum Cajo nepoti, qui secum in lectica vehebatur, tanquam digniori cederet: voces istas, ob futurum vestis Capreis detentus, Tyberio tenebant. Unde statim Agrippam in vincula dueri iussit, ut vix & demum post mortem Tyberii solutus fuerit à Cajo. Joseph. lib. 18. cap. 8. Antiq.

AURIGARUM CERTAMINA

INSTITUTA.

Cretecentibus opibus, crevit etiam luxus. Ergo non contenti equorum cursu solo, juncti sunt etiam bini ad currum, & bijugi dicti: quaterni, quadrigae. A Graecis illi diuasi: hi tetraptychi & tetraptychi. Junctae etiam mula carrucis, quas arulas Graeci nominant. Scaliger. l. 1. Poet. c. 12.

Circenses ludii ab Argivis apud Elidem (autore Oenomaio) in honorem Jovis Olympici primum inventi & instituti sunt. In Elide enim juxta fluminis ripam angusto tramite, altero

A altero latere urgente flumine: altero positus gladiis, ut utinque praesens exitum esset, bigarum cursu certabatur, dimittatione perniciosa, adeo ut intra praescriptum illas coeere necesse foret: undè & Circenses dicti, quasi circumenses. Horum duo genera apud Romanos erant. Patricii per patres, Plebeji per plebem agebantur, stato die, mense Novembri, quos Claudius Imperator saepe celebravit. Alex. lib. 6. cap. 19.

OBITATUM

QUOMODO.

Olympiade 70. thedam & carpentum in curticulum receperunt. Rheda vicit Thebanis Thesalus, carpentum Patreus Achaeus. Rhedam trahebant muli jugales bini, carpentum masculi equi. Pausan. lib. 5.

A. Fabricius praetor, cum equos conducere commodè nequiret, canes doctos curru agere pro equis introduxit, magna omnium spectatorum admiratione. Xiphilin. in Nerone.

Quo eventus. Aurigarum exempla aliquot sub Olympionicis & Pithionicis. Agitatorum nomina pete ex Epigram. lib. 5. quo in loco inscriptiones statuarum, quae in hippodromo Byzantino extabant, leges.

Demaratus Aristonis regis, vel potius Astrobaci herois filius, Rex Lacedaemoniorum, primus ex regibus Spartani Olympiadem palmam quadrijuogo certamine reportavit. Herod. lib. 6.

Cimon Stesagora F. Atheniensis, Pisistratum tyrannum fugerat: fugiens, Olympiadem palmam quadrijuogo certamine obtinuit, quam victoriis muneri gratia transfudit in Miltiadem ex matre germanum, proximique Olympiade eidem equibus aliam Olympiadem cum vicisset, à filio Pisistrati interfecisset (non jam vivo Pisistrato) ad Pyraeum, noctu summis percussoribus: sepulchroque ante urbem, trans viam quae vocatur Diacole: & è regione sepulchra sunt eae illae, quae tres Olympicas victorias reportarant. Idem quod istae, jam aliae quae fecerunt, quae fuerunt Evagora Laconis. Alia praeterea nulla. Herod. lib. 6.

Bigarum palmam 28. Olympiade tulit Belistiche femina de maritima Macedonia ora. Pausan. lib. 5. Habuit Archidamus Rex Spartanorum praeter Agidem & Agefilam, filiam Cyniscam nomine, quae ad Olympicas victorias virili propemodum animo aspiravit. Prima haec feminarum omnium equos aluit: prima Olympicam palmam quadrigis tulit. Sepulchrum ejus ad Plateanum Spartae conficitur. Post eam & aliae, in primis verò è Macedonia nonnullae sunt victrices in Olympicis renunciatae, quibus tamen illa longè gloria praestitit. Spartani verò & poeticum, & omnem quae ex ea hominibus contingere possit gloriam omnino minime admirari mihi videntur. Nisi enim in Cyniscam epigramma fecisset Simonides, qui è ante tripodem inscripsit, quem Pausanias Delphis dedicavit, nihil omnino, quod Lacedaemoniorum reges gessissent, fuisset poetae cuiusquam carminibus celebratum. Pausan. in Lacon.

QUO STUDIO. Lacedaemonii post irruptionem Persarum in Graeciam Graecis omnibus equos alendi studio praestitere. Quare & Olympicis ludis saepe victores extitere, eorumque statuae ibi dividentur intra Altin. Caeterum hi propemodum è Spartanis equis alendis nobilitati sunt: Xenarges, Lycinus, Arcefilas, & Arcefilai filius Lichas. Et Xenarges quidem Delphica, post hanc Argolica, & Corinthiaca victoria claruit. Lycinus cum ad ludos ad Olympiam pullos adduxisset, & eorum unus deterior visus esset, ad equorum jam adultorum curationem animum adiecit, & per eos victoriam est adeptus. Lichas, cum Lacedaemonis ludorum aditu interdictum esset, Thebani nomine curru introductum, victoremque aurigae sua ipse manu tenia redimivit. Ejus temeritatis causa flagris cepus, & edibus pomas hui. Et ea quidem belli inter Lacedaemonios & Eleos causa extitit, quo bello intra Altin. praelium commissum est. Postis autem armis, non in loco statuum Lichas posuit. Inducant Eleorum litterae, eo Lichas, sed Thebano populo eam palmam decretam. Pausan. lib. 6.

Quator fuerunt agitatorum factiones, insania Romani populi una cum imperio etiam reliquis communicata gentibus: Veneta aut Carula: Albata aut alba: Rofoa, ruffata rubra vel tabens: Praefina, quae & viridialis & virens. Domi-

tianus, teste Svetonio, ad has quatuor, alias aurati purpurei-que panni addidit. Alciatus, Pomponius Letus, & Domitiorum horum ludorum praemium mappam fuisse existimant. Coracis aurigae capiti, ut victoris, coronam imponit Ammianus Marcell. lib. 14. Histor. Circensibus signum dari per mappam solitum, tali casu (uti testatur Gassiodorus lib. Variarum tertio) fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut assoler, avidius spectandi populus flagitaret: ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, iussit abjici per fenestram. Hinc tractum est, ut ostensa mappa, certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Martialis lib. 12.

Cretae am praetor cum vellet mittere mappam. Juvenalis. Interea Mezale siace spectacula mappae. Tranquillus in Nerone. Aliquo seruo mittere mappam. Brodeus lib. 5. Epigram.

Byzantinus populus in Venetam & Praefiam factiones divisus, maximis seditionibus agitur est teste Procopio.

Quo eventus. Claudii Caesaris saecularium ludorum Circensibus excusso in carceribus Auriga, Albati Equi palmam oc cu pavere primatum obtinere, opposita effundentes, omnia quae contra amulos debuissent, peritissimo auriga insidente, facientes: cum puderet hominum atres ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad metam sterere. Majus augurium praefico, plebeis Circensibus excusso Auriga, ita ut si staret, in Capitolium cucurrisset equos, sedentemque terlustrasse: maximum verò, eodem petvenisse ab Veis cum palma & corona, effuso Raumenia, qui ibi vicerat: undè postea nomen portae est. Pl. lib. 8. c. 42.

Auris, Auricula.

Ab hautiendis sonis sic dicta, Graecè, nisi velimus ab aidi deducere, quod significat vocem, quae sola aure excipitur, & ita Latini ab Audio derivabunt.

AURIUM ADFECTUS.

QUAE AD AIDU CORPUS IN PARTICULARI.

AURIUM AMPUTATIO.

Apostolorum Princeps Petrus cum vidisset cohortem, & qui cum eis erant, manus injicientem in Dominum suum educens gladium, amputavit Malcho, servo Principis Saecerdorum, auriculam dextram, quam statim solo contactu Dominus restituit, ut docet Luc. cap. 21. & Ioan. c. 18. In quo factu mysterium agnoscit Corn. Jansen. cap. 137. Concor. Malchus, ait, Regem interpretatur, & populum Judaicum verè servilem, & magnificis titulis tumentem designat, huc, quòd Christum praesentem nollet agnoscere, gladio Petri, hoc est illius doctrina & praedicatione, auris dextra abscinditur, quia surda ad divina mysteria percipienda facta est, retinens dumtaxat finistram, qua occidentem litteram excipiat. Itaque ille. Apud nonnullas nationes, furibus, & de furto certae quantitatis convictis, auris amputatur. Circassi tartari Montani in funere amicorum, aures se mutilant. Alexan. Graec. in Tartaria.

CONTACTUS.

Quum veniam sermonis à Diis poscimus, proximo à minimo digito, secus autem locum Nemelose tangere, & os obfignare solemus: in eo venam quandam tenuissimam utique ad ima cordis penetrantem, pervagata opinione arbitrati. Ideo in Sponalibus & solemni die nuptiarum, digiti minimo proximum annulo excolebant, & velut pinis amoris praecipuum, debebant, ut is summo honore foret, quo duce mutuis amor utique ad cordis ima penetraret. Alex. lib. 2. cap. 29.

OBTURATIO.

Judaei Stephanum protomartyrem ne audirent, aures suas obturasse leguntur, in Actis cap. 7. Sic quoque P. Palmagrapheus de impiis ait, Psalm. 57. quòd monitionibus sanis obturent aures suas: ut callida apsis, Quae magicos munit susurros.

AURIUM QUANTITAS.

Auriculas in tantum magnitudinis gentibus excrescere quibusdam legimus, ut totum corpus vestium in modum iis regant.

A Oportet me in partem juvare, una ferre, ac partem aliam quam laboris tui in me suscipere. *Vid. lib. II. Var. lib. cap. 5.*
AUXILIA STULTE DIMITTERE.
Vide sub Tit. de Scultoria.

Pleque ad hunc Titulum spectantia, reperit Lector alii Loci, pro rei opportunitate: prout Auxilia appetuntur, repudiatur, comparantur. Ita sub Titulo Hostium, defensionis, belli, & similibus, nonnulla hujus Argumenti comprehenduntur.

AUXILIA COMPARARE, CONSERVARE, INSTRUERE, EXERCERE. Pura DEI, ANGELORUM,
Vide Tit. Bella divino auxilio consecuta. Item Preces exaudita.

Virg. I. En.
Iupiter omnipotens precibus si stelleris ullis,
Aspice nos, hoc tantum: & si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque hac omnia firma.

Virg. I. En.
Ad re confugio, supplex tua nomina posco.

Virg. 2. En.
Quod re per superos, & conscia numina veri,
Per si qua est qua restat ad mortales usquam
Intemerata fides, oro, miserere laborum.

EQUORUM, EQUITATUM COMPARARE. EQUOS DELIGERE, ANIMARE,

Arabs camelis loco equorum utuntur perniciosissimis. Cum Xerxes contra Græcos exercitum duceret, equitum habuit octoginta milia. Arabes in ultimo locavit, ne equitatus consterneretur. Equi enim camelos apicere non sument. *Herod. lib. 7.*

Eumenes ab Antigono obsessus in atce Nora Lycæoniæ, quia militibus ejus per obsidionem præcipue erat loci angustia infesta, exiguis in tectis, & loco in ambitu duo stadia patenti versantibus: qui nulla subacti exercitatione cibum capiebant, pabulumque objiciebant equis otiosis: quo non solum languorem illis abstergeret otio marcescentibus, verum etiam si ad fugam offerretur opportunitas, planè expeditius ureretur: tectum hominibus, quod in castello erat amplissimum, cubitos longum quatuordecim, attribuit ad ambulationem, præcibens gradum, ut sensim incederent. Equos singulos magnis loris ad fastigium tecti religatis succinctos ex partibus anterioribus evehebat, & leniter per trochæam sustollabat, ut posterioribus pedibus insisterent solo, anteriorum summis unguibus attingerent id. Ita suspensos assistentes equitones stimulant clamoribus pariter, & flagellis. Illi ardore, & ira repleti, posterioribus subsiliebant, & tripudiabant pedibus; sublimioribus verò prioribus affectant insistere, ac solum pulsantes totum contendent corpus, sudoreque manabant, & suspiria mittebant. Ita non male ad agilitatem, vel ad robur exercitabantur. Hordeum objiciebant his elixum, ut & perficerent id citius, & concoquerent melius. *Plut. in Eumene, & Frontin. lib. 4. cap. 7. & Diod. Sic. lib. 18.*

Idem à Perdica contra Neoptolemum in Armeniam missus, contra phalangem Macedonicam præsidium confecti manum equestrem, provincialibus, qui equis erant assueti, vectigalia remittens, & immunitatem dans. Equos etiam emit, quos distribuit iis, quibus ex comitatu suo maxime fidebat, largitionibus muneribusque animos eorum inflammans, corporaque itineribus faciendis exercens ac laboribus. Unde illi Macedones obstupuerunt, hi redditi sunt alacres: ubi exiguo spatio viderunt apud eum coactos equites non minus sex milia trecentos. *Plut. in Eumene.*

Galli Dace Brenno in Græcos expeditionem susceperunt, pedum centum, & quinquaginta milia. Equites vicies mille, & quadringenti, omnes ad pugnam idonei. Nam veteri numerus fuit supra sexaginta equitum milia, amplius mille ac 200. Singulos enim equites famuli sequebantur, duo in equis & ipsi, & equestrium artium maxime gnari. Hi præstantibus dominis in extrema acie consistentes, ei erant usui, ut si forte equus esset amissus, statim suum submitterent: si vir concideret, servus in ejus locum succederet. Quod si utrumque belli impetus everterisset, jam præsto erat tertius, qui pro demortuis locum teneret. Jam verò si vulnera primarius ille accepisset, & secundarius alter ex acie illum subducebat, alter verò faucibus vicem obibat. Hæc, ut mea fert opinio, apud Gallos ad imitationem Persarum militiæ sunt instituta. Nam

& illi selectos habent milites decies mille, quos Immortales vocant. Tantum interest, quod commisso demum prælio succurrantur. Galli inter pugnam dum integros vel caulis vel faucibus supplemento esse jubent, atque hanc quidem equestris pugnae institutionem voce patria Trimarciam nominant: equum enim Marcum appellant. *Pausan. in Phocis.*

Agessilus in Phrygia contra Tisaphernem bellum ducens, cum esset ab equitatu inferior, & securus esse capite inventum, recepit se Ephesum, atque equitatum ibi consecravit: edixitque pecuniosus, si militiam derectarent, ut pro se quisque equum, & vicarium darent. Multi id fecerunt. Ita factum brevi, ut Agessilus pro vilibus pedibus, frequentes haberet, & fortes equites. Conduxerunt enim hi qui abhorrebant à castris, cupidos belli, & qui volebant equites esse, eos qui desiderabant. Quippe commendandum dicebat ille Agamemnonem esse, qui pro bona equa Ætha homini imbelli, & diviti militiæ vacationem dedisset. *Plur. in Agessilo, & Lacon. Locus autem est apud Homerum Iliad. 4.*

Tiv. Ἀγέσιλον δὲ τὸν ἀρχηγόν τε Τισαφέρνην δὲ τὸν ἐπὶ τῆς ἰσθμῆς ἡμετέρας ἔχοντα, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς ἰσθμῆς ἡμετέρας ἔχοντα, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς ἰσθμῆς ἡμετέρας ἔχοντα.
Tarquinius advenit Sabinos, cunctantes equites, de tractis frenis, concitatique equis, procurtere, & perirumpere aciem jussit. *Frontin. lib. 2. cap. 28.*

P. Scipio major ex Sicilia petens Africam, cum ex fortissimis pedibus Romanis trecentorum equitum numerum implere vellet, neque tam subito posset eos instruere, quod temporis angustia negabant: sagacitate concilii affectus est. Namque ex iis juvenibus, quos secum ex tota Sicilia nobilissimos, & ditissimos, sed inermes habebat, ad se vocatos trecentos, speciosa arma, & electos equos quam celeritè expedire jussit, velut eos continuo secum ad oppugnandum Carthaginem advenire. Qui cum imperio, ut celeriter, ita longinqui, & periculo si belli respectu sollicitis animis paruisent, remittere sese Scipio illam expeditionem, si arma & equos militibus suis tradere voluissent, edixit: Rapuit conditionem imbellis ac timida juvenes, instrumentoque suo cupidè Romanis cessit. Ergo calliditas ducis providit, ut si quod protinus imperaretur, graviter deinde remissis militiæ metu maximè beneficium fieret. *Val. Max. lib. 7. cap. 3.*

Andreas Perusinus (qui postea à cognomine familia Brachius sibi nuncupatus) cum à Camere urbe provincie Caroli Malatestæ copis, ipse cum parte tantum copiarum sequeretur, reliquo pecorum præda captivique atque alii sese impedito exercitu: & in eo hostes bene gerendæ rei occasione viderent, si ipsi Apennini juga priores occupasset: cum lassos jam equos ultra vel calcaribus, vel alia urgere vi non posset, ex captivo pecore aliquot equas delegit, atque eas agmen præcedere jussit. Quarum cupido equis adeo acres adedit stimulos, ut qui ante calcaribus nullis satis impelli poterant, tunc fiteno vix cohiberi ac retineri possent. Per eum modum cum prior Brachius montem occupasset, hostes retrocesserunt. *Enz. lib. 8. cap. 4.*

Apud Septentrionales, hanc Austro, nix fus equorum pedibus conglobata, præsens exitum in conficium effortibus affert. Solent ergo ferreas soles equis adimere, ut ne illis nix adherere possit. *Olaus lib. 11. cap. 9.*

Inter verbes Cothorum principes contraria erant opinioniones de equestri disciplina. Quidam juvenibus juvenes, & feroces equos convenire arbitrabantur. Sed eventus eos redarguebat, quando nimia celeritate usi, in præcipria ruabant, & ruinam. Alii verò veteranis militibus juvenes equos tribuebant, qui sæpe victorias reportarunt: virtute enim scissoris moderatior furiositas equi, ut non tam præcipitant, quam prudenter hostem attentarent. Itaque apud pletoque Principes diu hæc ratio servata est, ut juniores equis senibus, senesque juvenibus in præliis uterentur. *Olaus lib. 8. cap. 11.*

Germanis equitibus, qui Maximil. Rom. Imp. in Italiam contra Florentinos pro Pisanis euntem sequebantur, decora erant arma, singulis commentis artribus, ac intercillis ad elegantiam sagulis emicantia. Ab hastarum cuspidibus, quod verò probatæ virtutis argumentum, vulpine cauda dependebant. Equis verò eorum omnibus cauda penitus abscessit, Italiam quidem ridendo, sed veteri probatoque Germanorum, & Belgarum more, quod ob id equi certa contractioris alimenti ratione pinguiores, & spina robore fortiores evadere

A dere existimantur. *Jovius lib. 4. biff.*
Valdemarus, nocte, quam belli incertus est dies, quo Suenonem III. Danorum regem & vita & regno exiit, frangens stare equos, pastuque penitus arecti præcipite, ne fatietate graves, cursu hebetes forent. At Sueno ex ipse agrorum segete abundè equos fecit jussit, ignatus stromachi farcinam cursu impedimento futuram. Et hoc ipsum magni ad victoriam momenti fuit. *Saxo lib. 14.*

Bretislaus Boemorum princeps primus fuit, qui in tertia sua expeditione contra Hungaros equitatu prævalentes succogitavit, equites sibi ex Germania mercede conduxit, & ad oppidum Chrudim, parvo à Moravia intervallo distans, secum adduxit: quos dum ibidem hilaris recevit, ac postea liberalius cænat, seque plucolum invitavit, ferventissima pet noctem febre correptus, pedem referre coactus obiit. *Dubr. lib. 7.*

ELEPHANTOS COMPARARE, ANIMARE, CONSERVARE.

Semitamis contra Indos suscepta expeditione, inferior elephantorum apparatu, rem excogitavit, qua terretur Indos, cogitantes, nequaquam extra Indiam elephantos esse. Occisus trecentis bovm millibus, carnes operatis concessit, coria insui fecit elephantorum inflare: quo postmodum fano resecta, veri elephantum speciem præ se fererebant. Intus hominem camelumque, super quo sedens formam bellæ doceret, includit. Hæc in loco semoto occulto acta, ne qua exterius emanare possent, atque Indi improvisa re percussit, veras bestias existimarent. Admirantibus Indis, unde tanta illi elephantorum copia suppetere, quidam de Semiramidis exercitu nocte capti rem prodiderunt. Semiramis simulatis elephantis adversus equites præmissis, inique certamine regios equites fudit. Afuerit enim veris elephantis equi, nova forma olfactuque insueti turbati sunt. *Diod. lib. 2. cap. 5.*

Perites, Macedonum rex, Romanis elephantos ducentibus, partim ex Libya, partim Indos ab Antiocho, Syria rege, ne nova ac formidabilis equis bellua primo aspectu existeret præcepit opificibus, lignea simulacra fabricari elephantorum figura atque colore, & vitrum cum tuba per os horribilem unum emittire, ut equi Macedonum, elephantorum fremitum, & aspectum ferre discerent. *Polyen. lib. 4.*

Hannibal, cum in Rhodani transitum elephantos non posse pellere, neque navium aut materiarum, quibus rates consistenterent, copiam haberet: jussit, ferocissimum elephantum sub arce vulnerari, & eum, qui vulnerasset, transnato statim flumine, procurtere. Elephantus exasperatus ad persequendum dolorem sui auctorem, tranavit anmem, & reliquis idem auctendi dedit exemplum. *Front. 1. cap. 7. & Livius lib. 1. Dec. 3.*

L. Cælius Metellus junctis dolis elephantos per Siculum fretum transmisit, cum navis decedent. *Front. lib. 1. cap. 7.*

Elephantis offensio varum mororumque sanguine ad prælium à Veteribus accendebantur. 1. *March. 6.*

TAUROS, ARMENTA. *Consule Tit. Terrene hostes Belluarum auxilio. Item, Exercitum majorem simulando.*
CANES IN AUXILIUM ADHIBERE.

Agessipolis Spartano Manumne oppugnans, canibus loco exploratorum in nocturnis transugis deprehendendis usus est. *Polyen. lib. 2.*

Philippus in Arbelionem regionem irruptionem faciebat. Ea multas habet fauces, atque alpica est. Occulantibus sese Barbaris in nemora, & alpica, canes venatoris permultas eduxit, quæ vestigia hostium persequentes, plurimos ex ipsis ceperunt. *Polyen. lib. 2.*

Colophonii, & Castabaleses propter bella cohortes canum habere, quæ primæ dimicabant in acie, nunquam detrectantes pugnam. *Ravissus.*

Halyates, Lydorum rex, Cimmericis insitata ac bello in corporem magnitudinis præditus, ei bellum inferentibus, cum reliquis copis robustissimos etiam canes ad pugnam eduxit: qui Barbaros quasi belluas adorti, magnam eorum numerum consecerunt, & reliquos turpiter se fugæ mandare coegerunt. *Polyen. lib. 7.*

Magnetes, accolæ Mæandri, cum bellum Ephesius inferrent, singuli equites commisionem secum adduxerunt. canem venatorem, & servum jaculatoreum. Quam verò jam in manus, & in conspectum ventum esset, prorantes canes aciem terrore, & lævicia, & implacabili impetu perturbabant: servi verò jaculando, dominos propugnabant. *Ar. Lib. 2. theat. vit. Human. Tom. 1.*

que post canum ferociam, pugnae fervorem videbantur. Tertio demum ipsi hostem aggrediebantur. *Ælianus lib. 14.*

Achæi, ductu Arati Sicyonii, expugnata Acto corintho arce munitissima, & prostrato Antigono, præsidium impositum 400. armatorum, 50. canum, totidemque venatorum, qui arce alebantur. *Plut. in Arato.*

Cimbrico bello pro dominis suis atrociter pugnare canes Cimbrorum, & cadavera custodientes, nunquam abigi poterunt, sed eadem mira sedulitate custodiebant: & ut tutius illa à feris alitibusque defenderent, plauris illic passim relictis inferebant, custodiaque inter se partitas vicissim magna cum diligentia observabant. *Olaus lib. 17. cap. 3.*

Finni Septentrionales contra hostes alunt maximos ac ferocissimos canes: quos non minus equi Moscovitarum horrent & fugiunt, quam Persici equi camelos. Nam salum, & moria naribus equorum insidiantur. Ea formidare subito se in postiores pedes equi erigunt, & equitem excutiant. *Olaus 1. 11. 13.*

Fridlevo II. Danorum rege contra Amundum, Norvegiorum regem, prælio dimicantem, cum Bionto, qui Fridlevo militabat, aciem suorum inclinatam videret, canem quam habebat Ostor giganteum olum armentorum custodem, quæ sæpe duodecim viros sola oppræsserat, in hostem concitavit, & caso Amundo, victoriam canis opera peperit. *Saxo lib. 6.*

Hispâni in subigendo Novo orbe canum auxiliis feliciter usi perhibentur à P. Cieza de rebus Indicis, cum Barbati & specie & ferocia canum supra modum terretur, & solo odore ab iis dignoscerentur.

Scribunt veteres, Regem Garamantum per seditionem regno expulsum, à ducentis canibus, quos venationis gratia alerant, fuisse restitutum: cum mita ferocitate contra oppugnantes favirent, iterque per hostium cuneos patefacerent. *Olaus lib. 17. cap. 6.*

Rex Angliæ Henricus IX. anno 1544. exercitum maximum Cæsari Carolo V. contra regem Galliarum in auxilium misit, & quadringentos homines, totidemque canes more gentis torquibus ferreis armatos constituit: dubi relicta hominum opinione, an ad vigiliam exercitus id ferret, an ad aliquod insigne stratagemata acquirendæ victoriæ simularetur. *Jæm.*

SERPENTES.

Hannibal apud Prusiam Bithyniæ regem exulabat. Dissidebat ab eo Pergamenus rex Eumenes Romanis amicissimus, bellumque inter eos gerebatur, & mari & terra: quod magis cupiebat eum Hannibal opprimi: sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem. Classe paucis diebus erant decurtari. Imperavit, quam plurimas venenatas serpentes vivas colligi, eaque in vasa fictilia conjici. Die ipso, quo facturus erat navale prælium, classarios convocavit, hisque præcipit, omnes ut in unam Eumenes regis concurrant navem, à cæteris tantum satis habeant se defendere: id facile illos serpente multitudine consecuturos. Rex autem, qua nave veheretur, ut scirent, se facturum quem si aut cepissent, aut interfecissent, magno his pollicetur præmio fore. Tali cohortatione militum facta, classis ab utriusque in prælio deducitur. Quarum acie conficta, priusquam signam pugnae daretur, Hannibal ut palam faceret suis, quo loco Eumenes esset, tabellarium in scapha cum caduceo mittit. Qui ubi ad adversarios pervenit, epistolam ostendens, se regem professus est quærere. Statim ad Eumenum deducus est, quod nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum. Tabellarius, ducis nave declarata suis, eodem unde jerat se recepit. At Eumenes solata epistola nihil in ea reperit, nisi quod ad irridendum eum pertineret. Prælio intro, Bithynii Hannibalis præcepto universi navem Eumenes adorientur: quorum vim cum rex sustinere non posset, fuga salutatem petiit. Reliquæ Pergamenæ naves, cum adversarios premerent acris, repente in eas vasa fictilia conjici cepta sunt. Quæ jam hæc, initio risum pugnantibus excitavit: neque quare id fieret, poterat intelligi. Postquam autem naves compleras conspexerunt serpentes, nova re perterriti, cum quædam vitæ mirarent, non viderent, puppes aveterunt, sequæ ad sua callra nautica reulerunt. Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superavit. *Probus Hannib. & Frontinus lib. 14. cap. 7.*

A V E S.

Scribit Herodianus, in oppugnatione regis Parthorum oppidanos ollas venationis aviculis plenas dejecisse: quibus contractis, aviculae evolantes, infello laniant ora Romanorum fedatunt.

